



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Decretam prorogationis Sessionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

SESSIO XIX.

QVAE EST TERTIA,  
SVB PIO IV. PONT. MAX.  
CELEBRATA DIE XIV.  
MAII. M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

**S**Acroſancta œcumēnica, & generalis Tridentina Synodus, in ſpiritu sancto legitime congregata, præſidentibus in ea eisdem Apostolice Sedis Legatis, decreta ea, que hodie in präſenti ſessione statuenda acfancienda erant, iuſtis nonnullis, ac honestis cauſis, in feriam quintam poſt proximam ſalemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie nonas Iunij, prorogandæ eſſe censuit; ac prorogat; dictaque die Sessionem habendam eſſe, ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogandus eſt Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, auctor pacis, ut ſanctificet corda omnium; quo adiuante, sancta Synodus & nunc, & ſemper meditari, atque peragere valeat, quæ ad eius laudem, & gloriam pertineant.